auget antiquissimi pallium, pediculorumque morsus, aut alia
quælibet violentia soni facultatem inuideant penitusque
ab eo retorqueant, quæ non illius faciei torvitas, quæ ver=
borum dissonantia, quæ morum turpitudo, rugosa namque
fronte quasi rustico aratro bis terve sulcatâ sub
tristis, turbatis cordisque vinculo implicationibus cujr=
rij horrendus, vultu palido torvus, oculis indigna=
bundis minax, tamquam e Cyclopicis speleis productus
nec calidus, nec frigidus neque tepidus se hominum ob=
tutibus offert, adeo ut morti plusque similis appareat,
exagitat miserum vehemens ~~[illegible]~~ capitis dolor, ac
membrorum omnium debilitatio. Talem Audis. talem inque
horrendum terribili squalore Charontem offendetis in
corpore, et aspectu, mente verò qualem existimabitis,
qualem iudicabitis, putabitis qualem, profecto non pul=
chriorem, si non turpiorem. Deinde, quod si quid ope=
ris urgeat, nimium fractus, tardus, atque ineptus in=
uenitur. Cuius itaque cum laude in negotio aliquo gravi

versatur.